

FEAST OF THE HOLY FAMILY

[Errors? help@extraordinaryform.org](#)

INTROIT Proverbs 23: 24-25

Exsúltat gáudio pater justí, gáudeat Pater tuus et Mater tua, et exsúltet quæ genuit te. (Ps 83: 2-3) Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútem! concupiscit et déficit ánima mea in átria Dómini, V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Exsúltat gáudio pater justí, gáudeat Pater tuus et Mater tua, et exsúltet quæ genuit te.

COLLECT

Dómine Jesu Christe, qui Mariæ et Joseph súbditus, domésticam vitam ineffábilibus virtútibus consecrásti: fac nos, utriúsque auxilió, Familiæ sanctæ tuæ exemplis ínstrui; et consórtium cónsequi sempitérnum: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Colossians 3: 12-17

Fratres: Indúite vos sicut elécti Dei, sancti et dilécti, viscera misericórdiæ, benignitátem, humilitátem, modéstiam, patiéntiam: supportántes ínvicem, et donántes vobiscum, si quis advérsus áliquem habet querélam: sicut et Dóminus donávit vobis, ita et vos. Super ómnia autem hæc, caritátem habéte, quod est vínculum perfectiónis: et pax Christi exsúltet in córdibus vestris, in qua et vocáti estis in uno cörper: et grati estote. Verbum Christi hábitet in vobis abundánter, in omni sapiéntia, docétes et commonétes vosmetípsos, psalmis, hymnis et cánticis spirituálibus, in grátia cantántes in córdibus vestris Deo. Omne quodcúmque fácitis in verbo aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jesu Christi, grátias ágéntes Deo et Patri per ipsum.

GRADUAL Psalms 26: 4; 83: 5

Unam pétii a Dómino, hanc requíram: ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ. (Ps 83: 5.) Beáti, qui hábitant in domo tua, Dómine: in sæcula sæculórum laudábunt te.

LESSER ALLELUIA Isaias 45: 15

Allelúja, allelúja, Vere tu es Rex absconditus, Deus Israël Salvátor. Allelúja.

GOSPEL Luke 2: 42-52

Cum factus esset Jesus annórum duódecim, ascendéntibus illis Jerosólymam secúndum consuetúdinem diéi festi, consummatisque diébus, cum redírent, remansit Jesus in Jerúsalem, et non cognóverunt paréntes ejus. Existimántes autem illum esse in comitátu, venérunt iter diéi, et requirébant eum inter cognátos et notos. Et non inveniéntes, regréssi sunt in Jerúsalem, requiréntes eum. Et factus est, post trídium invenérunt illum in templo sedéntem in médio doctórum, audiéntem illos et interrogántem eos. Stupébant autem omnes, qui eum audiébant, super prudéntia et respónsis ejus. Et vidéntes admiráti sunt. Et dixit Mater ejus ad illum: Fíli, quid fecísti nobis sic? Ecce, pater tuus et ego doléntes quærebámus te. Et ait ad illos: Quid est quod me quærebátis? Nesciebátis quia in his, quæ Patris mei sunt, opórtet me esse? Et ipsi non intellexérunt verbum, quod locúti est ad eos. Et descendit cum eis, et venit Názaresh: et erat súbditus illis. Et Mater ejus conservábat ómnia verba hæc in corde suo. Et Jesus proficiébat sapiéntia, et ætáte, et grátia apud Deum et hómines.

OFFERTORY Luke 2: 22

Tulérunt Jesum paréntes ejus in Jerúsalem, ut sístèrent eum Dómino.

SECRET

Placatiónis hóstiam offérimus tibi, Dómine, supplíciter deprecantes: ut, per intercessiónem Deíparæ Vírginis cum beáto Joseph, famílias nostras in pace et grátia tua fírmiter constítuas. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE EPIPHANY

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias agere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Quia cum Unigénitus tuus in substántia nostræ mortalitátis apparuit, nova nos immortalitátis suæ luce reparávit. Et ideo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicétes:

COMMUNION Luke 2: 51

Descéndit Jesus cum eis, et venit Názaresh, et erat súbditus illis.

POSTCOMMUNION

Tuos cæléstibus réficis sacraméntis, fac, Dómine Jesu, sanctæ Familiæ tuæ exémpla júgiter imitári: ut in hora mortis nostræ, occurrénte gloriósa Vírgine Matre tua cum beáto Joseph; per te in ætérna tabernácula récipi mereámur: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

The father of the just rejoices greatly, let Thy father and Thy mother be joyful, and let her rejoice who bore Thee. (Ps. 88: 2-3) How lovely are Thy tabernacles, O Lord of Hosts! My soul longs and faints for the courts of the Lord. V. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The father of the just rejoices greatly, let Thy father and Thy mother be joyful, and let her rejoice who bore Thee.

O Lord Jesus Christ, who, being subject to Mary and Joseph, didst sanctify home life with unspeakable virtues: grant, that, by the aid of both, we may be taught by the example of Thy Holy Family, and attain to eternal fellowship with it: Who lives and reigns, with God the Father, in the unity of the Holy Spirit, God, forever, and ever.

Brethren, Put ye on therefore, as the elect of God, holy and beloved, the bowels of mercy, benignity, humility, modesty, patience: bearing with one another and forgiving one another: even as the Lord hath forgiven you, so do you also. But above all these things have charity, which is the bond of perfection: and let the peace of Christ rejoice in your hearts, wherein also you are called in one body: and be ye thankful. Let the word of Christ dwell in you abundantly, in all wisdom, teaching and admonishing one another in psalms, hymns and spiritual canticles, singing in grace in your hearts to God. All whatsoever you do in word or in work, do all in the name of the Lord Jesus Christ, giving thanks to God and the Father by Jesus Christ our Lord.

One thing I have asked of the Lord, this will I seek after: that I may dwell in the house of the Lord all the days of my life. V. (Ps. 83: 5) Blessed are they that dwell in Thy house, O Lord, they shall praise Thee for ever and ever.

Alleluia, alleluia. Verily Thou art a hidden King, the God of Israel, the Savior. Alleluia.

When Jesus was twelve years old, they going up into Jerusalem according to the custom of the feast, and having fulfilled the days, when they returned, the Child Jesus remained in Jerusalem, and His parents knew it not. And thinking that He was in the company, they came a day's journey, and sought Him among their kinsfolk and acquaintances. And not finding Him, they returned into Jerusalem, seeking Him. And it came to pass that after three days they found Him in the Temple, sitting in the midst of the doctors, hearing them and asking them questions. And all that heard Him were astonished at His wisdom and His answers. And seeing Him they wondered. And His Mother said to Him: Son, why hast Thou done so to us? Behold Thy father and I have sought Thee sorrowing. And He said to them: how is it that you sought Me? Did you not know that I must be about My Father's business? And they understood not the word that He spoke unto them. And he went down with them and came to Nazareth, and was subject to them. And His Mother kept all these words in her heart. And Jesus advanced in wisdom and age and grace with God and men.

The parents of Jesus carried Him to Jerusalem, to present Him to the Lord.

We offer unto Thee, O Lord, this propitiatory Sacrifice, humbly entreating Thee: that through the intercession of the Virgin Mother of God, with blessed Joseph, Thou wouldst firmly establish our families in Thy peace and grace. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God; for when Thine only-begotten Son was manifested in the substance of our mortal flesh, with the new light of His own Immortality He restored us. And therefore with Angels and Archangels, with Throne and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

Jesus went down with them and came to Nazareth, and was subject to them.

Make us, O Lord Jesus, whom Thou dost refresh with heavenly sacraments, ever to follow the example of Thy Holy Family: that in the hour of our death, the glorious Virgin Thy Mother with blessed Joseph may come to our aid, and we may be found worthy to be received by Thee into everlasting tabernacles. Who lives and reigns, with God the Father, in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.